

DE SESTERTIO Dissertatiuncula ex Opusculis  
Posthumis Viri Celeberrimi D. D. *Isaaci Barrow*  
nuper editis decerpta.

**G**Assendus pecuniam Gallicam confert cum multiplis sestertii nummi: Supponit autem denarium, Sestertii quadruplum, sub primorum Cæsarum temporibus octavam uncie partem equasse pondere: quam hypothesein aliquatenus redarguit noster Gravius: (De Den. pag. 96, & 113.) probat enim sub illis, qui Vespasiano priores imperarunt Cæsaribus, varium & inconstans denarii pondus extitisse; majus scilicet & minus alternatum, sapius tamen decrescendo, ita ut ab Augusto ad Vespasianum decreverit a septima parte uncie ad partem octavam; in quo ferme statu persistit a Vespasiano ad Alexandrum Severum.

Unde consequi videtur ad lectiōnem veterum authorum magis conducere, ut moderni nummi cum Consulari denario (recentiore nimirum) comparentur, tum quoniam is statim certique ponderis fuit (uncie septimam partem adæquans) tum quia tempus, quo in usu fuit, plerosque comprehendit poetas & historicos nobiliores, tum quia verisimilius est præcipuos authores ad hunc potius respexisse, quam ad Cæsarium illum mutabilem & nullo certo pondere definitum. Pag. 119.

Denarium vero Consularem noster Gravius (Pag. 61. 94, &c.) ex appensis multis denariis, ex eorundem cum aliis aureis argenteisque nummis (Romanis, Hebrais, Grecis, Persicis, &c.) collatione, & ex Vespasiani congi mensura deducit cum LXII granis Anglicis æquiponderare. (Pag. 81.) Unde cum denarius noster octo grana pendat, Consularis iste denarius valebit septem denarios nostros cum tribus quartis. At denarius Cæsareus,  $\frac{1}{2}$  uncie pondus habens, pendet  $54\frac{1}{2}$  grana, valebitque denarios  $6\frac{1}{32}$ .

Breerwoodus autem denarium Consularem ( $\frac{1}{2}$  uncie pendentem) æstimat denariis nostris  $8\frac{1}{4}$ ; & Cæsareum ( $\frac{1}{2}$  uncie) denariis  $7\frac{1}{2}$ : quæ magna est a Gravio discrepantia. Sed is non videtur Romana pondera cum nostris accurate contulisse.

In

*In eo quoque graviter errare videtur idem Breerwoodus, quod Casareum denarium Atticæ drackmæ putat æqualem: cum huic potius æquetur denarius Consularis; imo quum exquisitius rem pensitando Attica drackma etiam Consularem denarium (tanto majorem Casareo) 5 gravis Anglicis exsuperet, ut luculente probat Gravius. Pag. 72.*

*Consultius itaque visum est a Gravio adsertis proportionibus adhærere; Et cum Consulari nummo pecunias nostras conferre. Quibus ex suppositis adjuncta tabella computatur.*

Tabula valorem Nummi Romani in moneta nostra Angliæ exhibens.

	Lib.	Sol.	Den.	ob. 2æ.	Q. 4æ.	C. 8æ.	16æ
II S. Sestertius. 2 ½ Æris.	1000	00	01	I	I	0	3
	2000	00	03	I	I	I	0
	3000	00	05	I	I	0	I
X Denarius. 10 Æris.	4000	00	07	I	I	0	0
	5000	00	09	I	0	0	3
	6000	00	11	I	0	I	0
	7000	01	01	0	0	0	I
	8000	01	03	I	0	0	0
	9000	01	05	0	I	0	3
Centum æris 10 Denarii.	10000	I	7	0	I	I	
	20000	3	2	0	3	0	
	30000	4	10	0	0	I	
	40000	6	5	I	0	0	
	50000	8	0	0	3	I	
	60000	9	8	0	I	0	
	70000	11	3	I	0	I	
	80000	12	11	0	0	0	
	90000	14	6	0	I	I	
Mille æris. 100 Denarii.	100000	16	I	0	3		
	200000	12	3	I	0		
	300000	8	5	0	I		
	400000	3	4	7	0	0	

	lb.	ol.	Den.	Q. 4 <sup>æ</sup> .
	500	4	08	3
	600	4	16	2
	700	5	13	1
	800	6	9	0
	900	7	5	3
<b>Sestertium.</b>	1,000	8	01	05
	2,000	16	02	11
	3,000	24	04	04
<b>Decem millia æris, 1000 Denarii.</b>	4,000	32	05	10
	5,000	40	07	03
	6,000	48	08	09
	7,000	56	10	02
	8,000	64	11	08
	9,000	72	13	01
	10,000	80	14	07
	20,000	161	09	02
	30,000	242	03	09
<b>Centum millia æris, 10,000 Denarii.</b>	40,000	322	18	04
	50,000	403	12	11
	60,000	484	07	06
	70,000	565	02	01
	80,000	645	16	08
	90,000	726	11	03
<b>Sestertium semel</b>	100,000	807	03	10
<b>bis</b>	200,000	1614	11	08
<b>ter</b>	300,000	2421	17	06
<b>&amp;c.</b>	400,000	3229	03	04
	500,000	4036	09	02
	600,000	4841	15	00
	700,000	5651	00	10
	800,000	6458	06	08
	900,000	7265	12	06